

Universitätsbibliothek Wuppertal

P. Vergili Maronis Aeneis

Vergilius Maro, Publius

Berolini, 1889

III.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-730](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-730)

III.

Troiani deleta patria servati Antandro abeunt exsulatum: —12
in Thracia urbem condunt, crudeli morte Polydori cognita deserunt: 68
Deli ab Apolline consulto antiquam patriam petere iubentur; 120
Cretam arbitrati esse patriam occupant, sed parum prospere. 191

In Strophades insulas delati Harpyias aggrediuntur, aggressi fugiunt. 277
Iustro ad Actium condito Buthroti inveniunt Andromachen, 355
Heleni regis propinqui hospitio ac vaticinio adiuvantur, 471
amice dimissi praeter montes Ceraunios in Italiam pergunt. 520

Italiam cum fausto omine nacti Anchisae iussu precantur deos, 547
sinum Tarentinum praetervecti prope Aetnam montem appellunt, 587
ubi desertus Ulixis socius monet cavendum esse Polyphemum. 654
quem simulac viderunt appropinquantem, temere naves solvunt 691
Pachynoque superato Drepanum veniunt, ubi Anchises moritur. 715
inde ad Libyam se delatum esse ubi dixit, Aeneas conticuit.

Mare Aegaeum et Ionium et Stenulum percurritur.

Postquam res Asiae Priamique evertere gentem
immeritam visum superis ceciditque superbum
Ilum et omnis humo fumat Neptunia Troia,
diversa exsilia et desertas quaerere terras
auguriis agimur divom classemque sub ipsa
Antandro et Phrygiae molimur montibus Idae
incerti, quo fata ferant, ubi sistere detur,
contrahimusque viros. vix prima inceperat aestas,
et pater Anchises dare fati vela iubebat,
litora cum patriae lacrimans portusque relinquo 10
et campos, ubi Troia fuit. feror exsul in altum
cum sociis natoque penatibus et magnis dis.

Terra procul vastis colitur Mavortia campis
(Thraces arant) acri quondam regnata Lycurgo,
hospitium antiquum Troiae sociique penates, 15
dum fortuna fuit. feror huc et litore curvo

4 *desertas*] *diversas* Bros., cf. Kl. 1879, 7.

7. *Opposit* 5, 289, 19
680, 19
740

N. 127. 4 29.

moenia prima loco fatis ingressus iniquis
Aeneadasque meo nomen de nomine fingo.

Sacra Dionaeae matri divisque ferebam
auspiciibus coeptorum operum superoque nitentem 20
caelicolum regi mactabam in litore taurum.
forte fuit iuxta tumulus, quo cornea summo
virgulta et densis hastilibus horrida myrtus.
accessi viridemque ab humo convellere silvam
conatus, ramis tegerem ut frondentibus aras: 25
horrendum et dictu video mirabile monstrum.
nam quae prima solo ruptis radicibus arbos
vellitur, huic atro liquuntur sanguine guttae
et terram tabo maculant. mihi frigidus horror
membra quatit gelidusque coit formidine sanguis. 30
rursus et alterius lentum convellere vimen
insequor et causas penitus temptare latentis:
ater et alterius sequitur de cortice sanguis.
multa movens animo nymphas venerabar agrestis
Gradivumque patrem, Geticis qui praesidet arvis, 35
rite secundarent visus omenque levarent.
tertia sed postquam maiore hastilia nisu
adgredior genibusque adversae obliuctor harenae,
(eloquar an sileam?) gemitus lacrimabilis imo
auditur tumulo et vox reddita fertur ad auris: 40
quid miserum, Aenea, laceras? iam parce sepulto,
parce pias scelerare manus. non me tibi Troia
externum tulit aut cruor hic de stipite manat
(heu! fuge crudelis terras, fuge litus avarum):
nam Polydorus ego; hic confixum ferrea textit 45
telorum seges et iaculis increvit acutis.
tum vero ancipiti mentem formidine pressus
obstupui steteruntque comae et vox faucibus haesit. *cf = II, 774.*

Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno
infelix Priamus furtim mandarat alendum 50
Threicio regi, cum iam diffideret armis
Dardaniae cingique urbem obsidione videret.
ille, ut opes fractae Teucrum et Fortuna recessit,
res Agamemnonias victriciaque arma secutus
fas omne abrumpit: Polydorum obtruncat et auro 55
vi potitur. quid non mortalia pectora cogis,

auri sacra
delectos po
monstra de
omnibus de
linqui ponit
ergo instau
aggeritur tu
caeruleis m
et circum l
inferimus t
sanguinis et
condimus e
Inde,
dant maria
deducunt se
provehimur
sacra mari
Nereidum n
quam pius
errantem M
immotamqu
huc feror
accipit. e
rex Anius
vittis et sa
occurrit, v
iungimus h
Templ
da propriam
et genus et
Pergama, r
quem sequi
da, pater
vix ea fatu
liminaque la
mons circum

61 *lingu*
Kl. 1879, 9.
Lad.; cf. W
Pierii.
veneramus B
Si reliquias

auri sacra fames! postquam pavor ossa reliquit,
 delectos populi ad proceres primumque parentem
 monstra deum refero et, quae sit sententia, posco.
 20 omnibus idem animus, scelerata excedere terra,
 linq̄ui pollutum hospitium et dare classibus austros.
 ergo instauramus Polydoro funus et ingens
 aggeritur tumulo tellus; stant manibus arae
 caeruleis maestae vittis atraque cupresso
 25 et circum Iliades crinem de more solutae;
 inferimus tepido spumantia cymbia lacte
 sanguinis et sacri pateras animamque sepulcro
 condimus et magna supremum voce cimus. *N. 235.*

Inde, ubi prima fides pelago placataque venti
 30 dant maria et lenis crepitans vocat auster in altum,
 deducunt socii navis et litora complent.
 provehimur portu terraeque urbesque recedunt.
 sacra mari colitur medio gratissima tellus
 Nereidum matri et Neptuno Aegaeo,
 35 quam pius Arquitenens oras et litora circum
 errantem Mycono e celsa Gyaroque revinxit
 immotamque coli dedit et contemnere ventos.
 huc feror, haec fessos tuto placidissima portu
 accipit. egressi veneramur Apollinis urbem.
 40 rex Anius, rex idem hominum Phoebique sacerdos,
 vittis et sacra redimitus tempora lauro
 occurrit, veterem Anchisen adgnovit amicum;
 iungimus hospitio dextras et tecta subimus.

45 *Norden 166*
 Temp̄la dei saxo venerabar structa vetusto:
 et genus et mansuram urbem; serva, altera Troiae
 Pergama, reliquias Danaum atque immitis Achilli.
 quem sequimur? quove ire iubes? ubi ponere sedes?
 50 da, pater, augurium atque animis inlabere nostris.
 vix ea fatus eram: tremere omnia visa repente,
 liminaque laurusque dei, totusque moveri
 mons circum et mugire adytis cortina reclusis. *90*
Id. 50. m.
XV. 635.

55 61 *linquere* x Donat. Ter. Andr. 16. 69 s. *placataque eunti dat*
 Kl. 1879, 9. 75 *prins* Bentl., comm. Serv. pl. 76 *Mycono celsa* π²
 Lad.; cf. Wagn. LV. 31. *Gyaro celsa Myconoque* 'ant. plerique omnes'
 Pierii. 82 *agnoscit* Ma¹cr̄ 84 *dei] adiens* Bähr. 1887, 260.
veneramur Bentl. 86 *serva] regna* Bähr. 1887, 261 excluso v. 87.
 87 *reliquias* cet. (=I 30) damn. Albr. 427.

2. Ordo: quove ire iubes, quem sequimur.

submissi petimus terram et vox fertur ad auris:
 'Dardanidae duri, quae vos a stirpe parentum
 prima tulit tellus, eadem vos ubere laeto 95
 accipiet reduces: antiquam exquirite matrem;
 hic domus Aeneae cunctis dominabitur oris
 et nati natorum et qui nascentur ab illis.'
 haec Phoebus; mixtoque ingens exorta tumultu
 laetitia et cuncti, quae sint ea moenia, quaerunt, 100
 quo Phoebus vocet errantis iubeatque reverti.
 tum genitor veterum volvens monumenta virorum
 'audite, o proceres,' ait 'et spes discite vestras.
 Creta Iovis magni medio iacet insula ponto,
 mons Idaeus ubi et gentis cunabula nostrae. 105
 centum urbes habitant magnas, uberrima regna,
 maximus unde pater, si rite audita recorder,
 Teucus Rhoeteas primum est aductus ad oras
 optavitque locum regno. nondum Ilium et arces
 Pergameae steterant; habitabant vallibus imis. 110
 hinc mater cultrix Cybelae Corybantiaque aera
 Idaeumque nemus, hinc fida silentia sacris
 et iuncti currum dominae subiere leones.
 ergo agite et, divom ducunt qua iussa, sequamur;
 placemus ventos et Gnosia regna petamus. 115
 nec longo distant cursu: modo Iuppiter adsit,
 tertia lux classem Cretaeis sistet in oris.'
 sic fatus meritos aris mactavit honores,
 taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo,
 nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam. 120
 Fama volat pulsum regnis cessisse paternis
 Idomenea ducem, desertaque litora Cretae,
 hoste vacare domos sedesque adstare relictas.
 nauticus exoritur vario certamine clamor; 125
 hortantur socii, Cretam proavosque petamus.
 linquimus Ortygiae portus pelagoque volamus X
 bacchatamque iugis Naxon viridemque Donysam, 124
 Olearon niveamque Paron sparsasque per aequor 125
 Cycladas et crebris legimus freta concita terris.

108 ad M in cet. libri, Ribb. 111 *Cybelae* Heins. *Cybele*
 FMPybx *Cybeli* ac² Serv. Ribb. 123 post *vacare*, non post *Cretae*
 dist. Bros. *donus* h¹π *domum* FPγ¹ Ribb. 125 s. *Naxum* . . *Olea-*
rum . . *Parum* FPγ¹ Ribb. 127 *consita* x Ribb. 128/30 Wagn., 128/9
 Peerlk. et Ribb., 129 Kl. 1879, 10 pos. post 123; cf. JB. 1882, 135.

X scilicet cum iam inter Cycladas Cretae accedunt,
 ordo igitur nequaquam debet mutari.

95 prosequitur surgens a puppi ventus euntis 130
 et tandem antiquis Curetum adlabimur oris.
 ergo avidus muros optatae molior urbis
 Pergameamque voco et laetam cognomine gentem :
 hortor amare focos arcemque attollere tectis.
 iamque fere sicco subductae litore puppes, 135
 conubis arvisque novis operata iuventus,
 100 iura domosque dabam, subito cum tabida membris
 corrupto caeli tractu miserandaque venit
 arboribusque satsique lues et letifer annus.
 linquebant dulcis animas aut aegra trahebant 140
 corpora; tum sterilis exurere Sirius agros;
 105 arebant herbae et victum seges aegra negabat.
 rursus ad oraclum Ortygiae Phoebumque remenso
 hortatur pater ire mari veniamque precari,
 quam fessis finem rebus ferat, unde laborum 145
 temptare auxilium iubeat, quo vertere cursus.

110 Nox erat et terris animalia somnus habebat:
 effigies sacrae divom Phrygiique penates,
 quos mecum ab Troia mediisque ex ignibus urbis
 extuleram, visi ante oculos adstare iacentis 150
 in somnis, multo manifesti lumine, qua se
 115 plena per insertas fundebat luna fenestras;
 tum sic adfari et curas his demere dictis:
 'quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est,
 hic canit et tua nos en ultro ad limina mittit. 155
 nos te Dardania incensa tuaque arma secuti,
 120 nos tumidum sub te permensi classibus aequor,
 idem venturos tollemus in astra nepotes
 imperiumque urbi dabimus. tu moenia magnis
 magna para longumque fugae ne linque laborem. 160
 125 mutandae sedes. non haec tibi litora suasit
 Delius aut Cretae iussit considerare Apollo.
 124 est locus, (Hesperiam Grai cognomine dicunt)
 125 terra antiqua, potens armis atque ubere glaebae;
 Oenotri coluere viri, nunc fama minores 165
 Italian dixisse ducis de nomine gentem:
 hae nobis propriae sedes, hinc Dardanus ortus

135 iam *Berecynteo* coni. Wagn. *siccae* M¹, inde *siccae* Kl. ZöG.
 1881, 590. verba *sicco* . . *puppes* secl. Ribb., Peerlk. vero 134 *arcem-*
que . . *iuventus* 136. 140 *animas*] *auras* prop. Kl. 159 *orbis* Gebh.

Vergilius.

Iasiusque pater, genus a quo principe nostrum. *f. B. p. 129.*
 surge age et haec laetus longaevo dicta parenti
 haud dubitanda refer, Corythum terrasque requirit 170
 Ausonias: Dictaea negat tibi Iuppiter arva,
 talibus attonitus visis et voce deorum
 (nec sopor illud erat, sed coram agnoscere voltus
 velatasque comas praesentiaque ora videbar;
 tum gelidus toto manabat corpore sudor) 175
 corripio e stratis corpus tendoque supinas
 ad caelum cum voce manus et munera libo
 intemerata focis. perfecto laetus honore
 Anchisen facio certum remque ordine pando.
 agnovit prolem ambiguum geminosque parentes 180
 seque novo veterum deceptum errore locorum;
 tum memorat: 'nate Iliacis exercite fatis,
 sola mihi talis casus Cassandra canebat.
 nunc repeto haec generi portendere debita nostro
 et saepe Hesperiam, saepe Italia regna vocare. 185
 sed quis ad Hesperiae venturos litora Teucros
 crederet? aut quem tum vates Cassandra moveret?
 cedamus Phoebō et moniti meliora sequamur.'
 sic ait, et cuncti dicto paremus ovantes.
 hanc quoque deserimus sedem paucisque relictis 190
 vela damus vastumque cava trabe currimus aequor.
 Postquam altum tenuere rates nec iam amplius ullae
 apparent terrae, caelum undique et undique pontus,
 tum mihi caeruleus supra caput adstitit imber
 noctem hiememque ferens et inhorruit unda tenebris. 195
 continuo venti volvunt mare magnaue surgunt
 aequora, dispersi iactamur gurgite vasto;
 involvere diem nimbi et nox umida caelum
 abstulit, ingeminant abruptis nubibus ignes.
 excutimur cursu et caecis erramus in undis; 200
 ipse diem noctemque negat discernere caelo
 nec meminisse viae media Palinurus in unda.
 tris adeo incertos caeca caligine soles
 erramus pelago, totidem sine sidere noctes.

199 *abrupti* G Moret. III; cf. Lucr. II 214. post v. 204 Serv. pl. tres affert versus, qui circumducti inventi dicuntur et extra paginam in mundo:

*hinc Pelopis gentes Maleaeque sonantia saxa
 circumstant pariterque undae terraeque minantur.
 pulsamur saevis et circumsumitur undis.*

quarto terra die primum se attollere tandem
visa, aperire procul montis ac volvere fumum. *f. 275.* 205

170 vela cadunt, remis insurgimus; haud mora, nautae
adnixi torquent spumas et caerula verrunt.
servatum ex undis Strophadum me litora primum
accipiunt. Strophades Graio stant nomine dictae, 210

175 insulae Ionio in magno, quas dira Celaeno
Harpyiaeque colunt aliae, Phineia postquam
clausa domus mensasque metu liquere priores.
tristius haud illis monstrum, nec saevior ulla
pestis et ira deum Stygiis sese extulit undis. 215
virginei volucrum voltus, foedissima ventris
180 proluviae, uncaeque manus et pallida semper
ora fame.

huc ubi delati portus intravimus, ecce
laeta boum passim campis armenta videmus 220
caprigenumque pecus nullo custode per herbas.

185 inruimus ferro et divos ipsumque vocamus
in partem praedamque Iovem; tum litore curvo
exstruimusque toros dapibusque epulamur opimis.
at subitae horrifico lapsu de montibus adsunt 225

190 Harpyiae et magnis quatiunt clangoribus alas
diripiuntque dapes contactuque omnia foedant
immundo; tum vox taetrum dira inter odorem.
rursum in secessu longo sub rupe cavata 229

is ullae
us,
ris. 195 instruimus mensas arisque reponimus ignem;
rursum ex diverso caeli caecisque latebris
turba sonans praedam pedibus circumvolat uncis,
polluit ore dapes. sociis tunc, arma capessant,
edico et dira bellum cum gente gerendum. 235

haud secus ac iussi faciunt tectosque per herbam
disponunt enses et scuta latentia condunt.
200 ergo ubi delapsae sonitum per curva dedere
litora, dat signum specula Misenus ab alta
aere cavo. invadunt socii et nova proelia temptant, 240
obscenas pelagi ferro foedare volucres.
sed neque vim plumis ullam nec volnera tergo

arboribus clausam circum atque horrentibus umbris 230

209 *prima My prim- P.* 210 *excipiunt libri praeter Mb¹π*
230 (=I 311) secl. Ribb. *clausa M²γ²a²χ clausi b²c²χ* Wagn. Lad. *clausa*
in Nettleship, Journ. of Phil. 1886, 32. 241 *damn. Bähr. 1887, 264¹).*

accipiunt celerique fuga sub sidera lapsae
semesam praedam et vestigia foeda relinquunt.

una in praecelsa consedit rupe Celaeno,
infelix vates, rumpitque hanc pectore vocem:

bellum etiam pro caede boum stratisque iuvenis,

Laomedontiadae, bellumne inferre paratis
et patrio Harpyias insontis pellere regno?

accipite ergo animis atque haec mea figite dicta, 250

quae Phoebus pater omnipotens, mihi Phoebus Apollo

praedixit, vobis Furiarum ego maxima pando.

Italiam cursu petitis ventisque vocatis

ibitis Italiam portusque intrare licebit;

sed non ante datam cingetis moenibus urbem, 255

quam vos dira fames nostraeque iniuria caedis

ambesas subigat malis absumere mensas.

dixit et in silvam pinnis ablata refugit.

at sociis subita gelidus formidine sanguis

deriguit; cecidere animi, nec iam amplius armis, 260

sed votis precibusque iubent exposcere pacem,

sive deae seu sint dirae obscenaeque volucres.

et pater Anchises passis de litore palmis

numina magna vocat meritosque indicit honores: 265

'di, prohibete minas; di, talem avertite casum

et placidi servate pios!' tum litore funem

deripere excussosque iubet laxare rudentis.

tendunt vela Noti: fugimus spumantibus undis,

qua cursum ventusque gubernatorque vocabat.

iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos 270

Dulichiumque Sameque et Neritos ardua saxis.

effugimus scopulos Ithacae, Laërtia regna,

et terram altricem saevi exsecramur Ulixi.

mox et Leucatae nimbose cacumina montis

et formidatus nautis aperitur Apollo.

hunc petimus fessi et parvae succedimus urbi;

ancora de prora iacitur, stant litore puppes.

Ergo insperata tandem tellure potiti

lustramurque Iovi votisque incendimus aras

Actiaque Iliacis celebramus litora ludis. 280

253 post *vocatis* colon poni iubet Kv. 1881, 50; sed cf. Kl. 1882, 6.
262 damn. Rbb.; Georgii, Festschr. d. Gymn. Württ. 1877, 78, collocari
vult post 235. 267 *dirip.* Mb¹c Lad. 268 *fugimus*] *ferimur* P²γ
Rbb. 275 et] *nec* Bähr. 264.

omn. n. 2045
q'cu v. p. 78. X. 73
Vol. 5. 508

J. Hoffm. Th. 11/90
275

exercerent p
nudati soci
Argolicas m
interea m
et glaciali
aere cavo
postibus ad
AENEAS HAE
linquere tu
certatim so
prolinus ad
litora que I
Chaonio et
Hic i
Priamiden
coniugio
et patrio
obstipui r
compellar
progredio
sollemnis
ante urb
libabat d
Hectoru
et gemin
ut me c
arma am
deriguit
labitur et
verane t
nate dea
Hector u
implevi
subicio e
vivo equ
ne dubita
heu! qui
excepit a
Hectoris
284
319 And
revisit po

exercent patrias oleo labente palaestras
 nudati socii; iuvat evasisse tot urbes
 Argolicas mediosque fugam tenuisse per hostis.
 interea magnum sol circumvolvitur annum
 et glacialis hiems aquilonibus asperat undas. 285
 aere cavo clipeum, magni gestamen Abantis,
 postibus adversis figo et rem carmine signo:

AENEAS HAEC DE DANAIIS VICTORIBUS ARMA.

linquere tum portus iubeo et considerare transtris.
 certatim socii feriunt mare et aequora verrunt. 290
 protinus aërias Phaeacum abscondimus arces
 litoraue Epiri legimus portuque subimus
 Chaonio et celsam Buthroti accedimus urbem.

Hic incredibilis rerum fama occupat auris,
 Priamidem Helenum Graias regnare per urbes 295
 coniugio Aeacidae Pyrrhi sceptrisque potitum
 et patrio Andromachen iterum cecidisse marito.

obstupui miroque incensum pectus amore
 compellare virum et casus cognoscere tantos.

progredior portu classis et litora linquens, 300
 sollempnis cum forte dapes et tristia dona
 ante urbem in luco falsi Simoentis ad undam
 libabat cineri Andromache manisque vocabat
 Hectoreum ad tumulum, viridi quem caespite inanem
 et geminas, causam lacrimis, sacraverat aras. 305

ut me conspexit venientem et Troia circum
 arma amens vidit, magnis exterrita monstros
 deriguit visu in medio, calor ossa reliquit,
 labitur et longo vix tandem tempore fatur:

'verane te facies, verus mihi nuntius adfers, 310
 nate dea? vivisne? aut, si lux alma recessit,
 Hector ubi est?' dixit lacrimasque effudit et omnem

implevit clamore locum. vix pauca furenti
 subicito et raris turbatus vocibus hisco:

'vivo equidem vitamque extrema per omnia duco; 315
 ne dubita, nam vera vides.

heu! quis te casus deiectam coniuge tanto
 excipit aut quae digna satis fortuna revisit,
 Hectoris Andromache? Pyrrhin conubia servas?'

284/5 post 288 coll. Kl. 1879, 12 lac. inter v. 285 et 289 statuens.
 319 *Andromachen* c¹/₂ cf. Serv. Lad. interrogandi signum vulgo post
 revisit pon., non post *Andr.*; mut. Ribb.

Had. Tr. 10. 800.
 f. II, 484.

cf. Kl. 1882, 6.
 78, collocari
 ferimur P²

deiecit voltum et demissa voce locuta est: 320
 'o felix una ante alias Priameia virgo
 hostilem ad tumulum Troiae sub moenibus altis
 iussa mori, quae sortitus non pertulit ullos
 nec victoris heri tetigit captiva cubile!
 nos patria incensa diversa per aequora vectae 325
 stirpis Achilleae fastus iuvenemque superbum
 servitio enixae tulimus; qui deinde secutus
 Ledaeam Hermionen Lacedaemoniosque hymenaeos
 me famulo famulamque Heleno transmisit habendam.
 ast illum ereptae magno inflammatus amore 330
coniugis et scelerum furiis agitatus Orestes
 excipit incautum patriasque obruncat ad aras.
 morte Neoptolemi regnorum reddita cessit
 pars Heleno, qui Chaonios cognomine campos
 Chaoniamque omnem Troiano a Chaone dixit 335
 Pergamaque Iliacamque iugis hanc addidit arcem.
 sed tibi qui cursum venti, quae fata dedere?
 aut quisnam ignarum nostris deus appulit oris?
 quid puer Ascanius? superatne et vescitur aura,
 quem tibi iam Troia? 340
 ecqua tamen puero est amissae cura parentis?
 ecquid in antiquam virtutem animosque virilis
 et pater Aeneas et avunculus excitat Hector?'
 talia fundebat lacrimans longosque ciebat
 incassum fletus, cum sese a moenibus heros 345
 Priamides multis Helenus comitantibus adfert
 adgnoscitque suos laetusque ad limina ducit
 [et multum lacrimas verba inter singula fundit].
 procedo et parvam Troiam simulataque magnis
 Pergama et arentem Xanthi cognomine rivum 350
 adgnosco Scaeaeeque amplector limina portae.
 nec non et Teucris socia simul urbe fruuntur.
 illos porticibus rex accipiebat in amplis;
aulai medio libabant pocula Bacchi

Ep.
 Eurp.
 Androm.
 997.

4. 7. 646
 7. 598 599.
 11. 496. Dr. m. V.

327 *nexae* conl. Kl. 330 *flammatus* FPγ¹ Ribb. 333 *credita*
 Kv. 1881, 55. 339/43 damn. Peerlk., 340/1 Gruppe 32, 340/3 Güthl.
 340 *quem*] *quae* ex Menag. II Wagn. et edit. inde omnes. versiculum
 transponi vult Madv. 34 post 336, Georgii 1877, 76 post 338, Münscher
 GPr. Jauer 1879, 13 addito est post 337. 348 damn. Ribb. ut dittogr.
 v. 344, cui in ed. min. praemisit uncis inclusum v. initio mutato in *haec*
multum lacrimans lacrimans Pγ¹, cf. Serv.

impositis
 lamp
 vela vocat
 his vate
 Troiogr
 qui tripod
 et volucru
 fare age
 religio et
 Italian pe
 sola novu
 prodigium
 obscenam
 quidve se
 hic Helen
 exorat pa
 sacrati ca
 ipse man
 atque ha
 'nate dea
 auspiciis
 sortitur
 pauca ti
 aequora
 expediat
 scire H
 principi
 vicinosq
 longa pr
 ante et
 et salis
 inferniq
 quam tu
 signa tib
 cum tib
 litoreis
 triginta
 alba, so
 35
 tr. Cl.
 ordo, s
 in paren

- 320 impositis auro dapibus paterasque tenebant. 355
 Iamque dies alterque dies processit et aurae
 vela vocant tumidoque inflatur carbasus austro:
 his vatem aggredior dictis ac talia quaeso:
 325 ^{YI. 66.} Troiugena, interpres divom, qui numina Phoebi, - 398 N. p. 124
 qui tripodas, Clarii laurus, qui sidera sentis 360
 et volucrum linguas et praepetis omnia pinnae, Enurau.
 fare age (namque omnem cursum mihi prospera dixit
 religio et cuncti suaserunt numine divi
 330 Italiam petere et terras temptare repostas;
 sola novum dictuque nefas Harpyia Celaeno 365
 prodigium canit et tristis denuntiat iras
 obscenamque famem): quae prima pericula vito?
 quidve sequens tantos possim superare labores?
 hic Helenus caesis primum de more iuvenis
 335 exorat pacem divom vittasque resolvit 370
 sacrati capitis meque ad tua limina, Phoebe,
 ipse manu multo suspensum numine ducit
 atque haec deinde canit divino ex ore sacerdos:
 'nate dea (nam te maioribus ire per altum
 340 auspiciis manifesta fides; sic fata deum rex 375
 sortitur volvitque vices, is vertitur ordo),
 pauca tibi e multis, quo tutior hospita lustres
 aequora et Ausonio possis considerare portu,
 expediam dictis; prohibent nam cetera Parcae
 345 scire Helenum farique vetat Saturnia Iuno. 380
 principio Italiam, quam tu iam rere propinquam
 vicinosque, ignare, paras invadere portus,
 longa procul longis via dividit in via terris.
 ante et Trinacria lentandus remus in unda
 350 et salis Ausonii lustrandum navibus aequor 385
 infernique lacus Aeaeaeque insula Circae,
 quam tuta possis urbem componere terra.
 signa tibi dicam, tu condita mente teneto.
 cum tibi sollicito secreti ad fluminis undam
 litoreis ingens inventa sub illicibus sus
 355 triginta capitum fetus enixa iacebit, X 390
 alba, solo recubans, albi circum ubera nati,

333 *credita*
 340/3 Gütth.
 versiculum
 338, Münscher
 b. ut dittogr.
 utato in haec

355 verba *pat. ten.* iam Heynio suspecta secl. Gebh. 360 *qui*
tr. Cl. et l. Madv. 35. 362 *omnis* Py¹ Ribb. non 374 s. *nam* ..
ordo, sed 375 s. *sic* . . *ordo* parenthesi saepsit Lad. contra 377/80
 in parenthesi pos. Kl. 1879, 13. 386 *damn.* Gebh.

is locus urbis erit, requies ea certa laborum.
 nec tu mensarum morsus horresce futuros:
 † fata viam invenient aderitque vocatus Apollo. 395
 has autem terras Italique hanc litoris oram,
 proxima quae nostri perfunditur aequoris aestu,
 effuge; cuncta malis habitantur moenia Grais:
 hic et Narycii posuerunt moenia Locri,
 et Sallentinos obsedit milite campos 400
 Lyctius Idomeneus, hic illa ducis Meliboei
 parva Philoctetae subnixa Petelia muro.
 quin, ubi transmissae steterint trans aequora classes
 et positis aris iam vota in litore solves,
 † purpureo velare comas adopertus amictu, 405
 qua inter sanctos ignis in honore deorum
 hostilis facies occurrat et omina turbet.
 hunc socii morem sacrorum, hunc ipse teneto;
 hac casti maneant in religione nepotes.
 ast ubi digressum Siculae te admoverit orae 410
 ventus et angusti rarescent claustra Pelori,
 laeva tibi tellus et longo laeva petantur
 aequora circuitu, dextrum fuge litus et undas.
 haec loca vi quondam et vasta convolsa ruina
 (tantum aevi longinqua valet mutare vetustas) 415
 dissiluisse ferunt, cum protinus utraque tellus
 una foret; venit medio vi pontus et undis
 Hesperium Siculo latus absceidit arvaque et urbes
 litore diductas angusto interluit aestu.
 dextrum Scylla latus, laevum implacata Charybdis 420
 obsidet atque imo barathri ter gurgite vastos
 sorbet in abruptum fluctus rursusque sub auras
 erigit alternos et sidera verberat unda.
 at Scyllam caecis cohibet spelunca latebris
 ora exsertantem et navis in saxa trahentem. 425
 prima hominis facies et pulchro pectore virgo
 pube tenus, postrema immani corpore pistrix
 † delphinum caudas utero commissa luporum.
 praestat Trinacrii metas lustrare Pachyni
 cessantem, longos et circumflectere cursus, 430
 quam semel informem vasto vidisse sub antro

415 damn. Gruppe 34.
VI 30, 1.

419 litore] aequore Seneca, Nat. quaest.

Scyllam et
 praeterea,
 si qua fides
 unum illud
 praedicantur
 Iononis ma
 Iononi can
 supplicibus
 Trinacria fi
 hic ubi de
 divinosque
 insanam va
 fata canit
 quaecumqu
 digerit in
 illa manent
 verum ead
 impulit et
 numquam
 nec revoca
 inconsulti
 hic tibi ne
 quamvis in
 vela vocet
 quin adea
 ipsa canat
 illa tibi It
 et quo qu
 expediet et
 haec sunt,
 vade age e
 Quae
 dona debi
 imperat ad
 ingens arg
 loricam co
 et conum

433 ar
 449 (anua)
 excidisse pu
 pelentes.
 Lucr. 76.

395 Scyllam et caeruleis canibus resonantia saxa.
 praeterea, si qua est Heleno prudentia vati,
 si qua fides, animum si veris implet Apollo,
 unum illud tibi, nate dea, proque omnibus unum 435
 praedicam et repetens iterumque iterumque monebo:

400 Iunonis magnae primum prece numen adora,
 Iunoni cane vota libens dominamque potentem
 supplicibus supera donis; sic denique victor
 Trinacria finis Italos mittere relicta. 440

405 huc ubi delatus Cumaeam accesseris urbem
 divinosque lacus et Averna sonantia silvis,
 insanam vatem aspicias, quae rupe sub ima
 fata canit foliisque notas et nomina mandat.
 410 quaecumque in foliis descripsit carmina virgo, 445
 digerit in numerum atque antro seclusa relinquit;
 illa manent immota locis neque ab ordine cedunt. —

415 verum eadem, verso tenuis cum cardine ventus
 impulit et teneras turbavit ianua frondes,
 420 necquam deinde cavo volitantia prendere saxo 450
 nec revocare situs aut iungere carmina curat.
 inconsulti abeunt sedemque odere Sibyllae. —

415 hic tibi ne qua morae fuerint dispendia tanti,
 quamvis increpitent socii et vi cursus in altum
 vela vocet possisque sinus implere secundos, 455
 quin adeas vatem precibusque oracula poscas.
 ipsa canat vocemque volens atque ora resolvat.

420 illa tibi Italiae populos venturaque bella
 et quo quemque modo fugiasque ferasque laborem, cf. VI 892
 expediet cursusque dabit venerata secundos. 460
 haec sunt, quae nostra liceat te voce moneri.
 vade age et ingentem factis fer ad aethera Troiam.

425 Quae postquam vates sic ore effatus amico est,
 dona dehinc auro gravia sectoque elephanto 465
 imperat ad navis ferri stipatque carinis
 ingens argentum Dodonaeosque lebetas,
 lorica insertam hamis auroque trilicem . Pl. II, 401.
 et conum insignis galeae cristasque comantis,

433 ante vati dist. Ribb.; cf. Serv. 448 ventos Bähr. 1887, 271.
 449 ianua] flamine Schrad. ante 452 H. J. Heller Phil. 1886, 683
 excidisse putat hunc fere versum: et qui tum veniunt donis responsa
 petentes. 460 sacerdos m. Bentl. 464 gravia a sectoque Lachm.
 Lucr. 76. gravia ac secto Schap.

arma Neoptolemi. sunt et sua dona parenti.
 addit equos, additque duces; 470
 remigium supplet; socios simul instruit armis.
 Interea classem velis aptare iubebat
 Anchises, fieret vento mora ne qua ferenti.
 quem Phoebi interpres multo compellat honore:
 'coniugio Anchise Veneris dignate superbo, 475
 cura deum, bis Pergameis erepte ruinis,
 ecce tibi Ausoniae tellus: hanc arripe velis.
 et tamen hanc pelago praeterlabare necesse est;
 Ausoniae pars illa procul, quam pandit Apollo.
 vade' ait 'o felix nati pietate. quid ultra 480
 provehor et fando surgentis demoror austros?'
 nec minus Andromache digressu maesta supremo
 fert picturatas auri subtegmine vestes
 et Phrygiam Ascanio chlamydem nec cedit honore *q. Virg. 1. 6*
 textilibusque onerat donis ac talia fatur: 485
 'accipe et haec, manuum tibi quae monumenta mearum
 sint, puer, et longum Andromachae testentur amorem,
 coniugis Hectoreae. cape dona extrema tuorum,
 o mihi sola mei super Astyanactis imago:
 sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat, 490
 et nunc aequali tecum pubesceret aevo.'
 hos ego digrediens lacrimis adfabar obortis:
 'vivite felices, quibus est fortuna peracta
 iam sua; nos alia ex aliis in fata vocamur.
 vobis parta quies, nullum maris aequor arandum, 495
 arva neque Ausoniae semper cedentia retro
 quaerenda. effigiem Xanthi Troiamque videtis,
 quam vestrae fecere manus melioribus, opto,
 auspiciis, et quae fuerit minus obvia Grais.
 si quando Thybrim vicinae Thybridis arva *q. II. 782* 500
 intraro gentique meae data moenia cernam,
 cognatas urbes olim populosque propinquos
 Epiro, Hesperia, quibus idem Dardanus auctor
 atque idem casus, unam faciemus utramque
 Troiam animis; maneat nostros ea cura nepotes.' 505
 Provehimur pelago vicina Ceraunia iuxta,

475 *Anchisae* M¹P² — G *Anchisa* M²ya²b²c² Serv. gramm. Ribb.
 Lad. 483 *subtegmine* M²Py²ab²c² Serv. Lad. 484 *honori* GM²bc²,
 cf. Serv.; Lad. 499 *fueris* G¹ *fuerint* MP¹c¹ Ribb. 503 *Hesperiam* GM¹a¹, inde *Epirum Hesperiam* Heyne. 504 *utrinque* prop. Kl.

unde iter
 sol ruit in
 sternimur
 sortiti re
 corpora cu
 necdum o
 haud segn
 explorat v
 sidera cum
 Arcturum
 armatumq
 postquam
 dat clarum
 templamus
 lamq
 cum proce
 Italiam.
 Italiam la
 tum pater
 induit im
 stans cels
 'di, mari
 ferte viar
 crebresce
 iam prop
 vela legu
 portus ad
 obiectae
 ipse late
 turriti so
 quattuor
 tondentis
 et pate
 bello arm
 sed tamen
 quadrupes
 spes et p
 Palladis a
 et capita

unde iter Italiam cursusque brevissimus undis.

sol ruit interea et montes umbrantur opaci.

sternimur optatae gremio telluris ad undam

sortiti remos passimque in litore sicco

corpora curamus, fessos sopor inrigat artus.

necdum orbem medium Nox Horis acta subibat:

haud segnis strato surgit Palinurus et omnis

explorat ventos atque auribus aëra captat; *cf. Ciris Veneta, Medea 222 captare ventos*

sidera cuncta notat tacito labentia caelo,

Arcturum pluviasque Hyadas geminosque Triones

armatumque auro circumspicit Oriona.

postquam cuncta videt caelo constare sereno,

dat clarum e puppi signum; nos castra movemus

temptamusque viam et velorum pandimus alas.

Iamque rubescebat stellis Aurora fugatis,

cum procul obscuros collis humilemque videmus

Italiam. Italiam primus conclamat Achates,

Italiam laeto socii clamore salutant.

tum pater Anchises magnum cratera corona *Stat. Theb. 687*

induit implevitque mero divosque vocavit

stans celsa in puppi:

'di, maris et terrae tempestatumque potentes,

ferite viam vento facilem et spirate secundi!'

crebescunt optatae aurae portusque patescit

iam propior templumque apparet in arce Minervae. *cf. Stat. Theb. 695*

vela legunt socii et proras ad litora torquent.

portus ab eurgo fluctu curvatus in arcum:

obiectae salsa spumant aspargine cautes,

ipse latet; gemino demittunt bracchia muro

turriti scopuli refugitque ab litore templum.

quattuor hic, primum omen, equos in gramine vidi

tondentis campum late candore nivali.

et pater Anchises: 'bellum, o terra hospita, portas:

(bello armantur equi, bellum haec armenta minantur.)

sed tamen (idem olim curru succedere sueti

quadrupes et frena iugo concordia ferre)

spes et pacis' ait. tum numina sancta precamur

Palladis armisonae, quae prima accepit ovantis,

et capita ante aras Phrygio velamur amictu;

510 remos] somnos coni. Kl. 1882, 11. *requiem?* 527 celsa]
-ima P¹ prima Gy² Ribb. 535 dimitunt Py²c Ribb.

praeceptisque Heleni, dederat quae maxima, rite
 Iunoni Argivae iussos adolemus honores.
 haud mora, continuo perfectis ordine votis
 cornua velatarum obvertimus antennarum
 α. k. Graiugenumque domos suspectaque linquimus arva. 550
 hinc sinus Herculei, si vera est fama, Tarenti
 cernitur; attollit se diva Lacinia contra
 Caulonisque arces et navifragum Scylaceum.
 tum procul e fluctu Trinacria cernitur Aetna
 et gemitum ingentem pelagi pulsataque saxa 555
 audimus longe fractasque ad litora voces
 exsultantque vada atque aestu miscentur harenae.
 et pater Anchises: 'nimirum haec illa Charybdis;
 hos Helenus scopulos, haec saxa horrenda canebat.
 † eripite, o socii, pariterque insurgite remis!' Val. Fl. J, 450. 560
 haud minus ac iussi faciunt primisque rudentem
 contorsit laevas proram Palinurus ad undas;
 laevam cuncta cohors remis ventisque petivit.
 tollimur in caelum curvato gurgite et idem
 subducta ad manis imos desedimus unda. 565
 ter scopuli clamorem inter cava saxa dedere,
 ter spumam elisam et rorantia vidimus astra.
 interea fessos ventus cum sole reliquit
 ignarique viae Cyclopum adlabimur oris.
 Portus ab accessu ventorum immotus et ingens 570
 ipse, sed horrificis iuxta tonat Aetna ruinis
 interdumque atram prorumpit ad aethera nubem
 turbine fumantem piceo et candente favilla
 attollitque globos flammaram et sidera lambit, 575
 interdum scopulos avolsaque viscera montis
 erigit eructans liquefactaque saxa sub auras
 cum gemitu glomerat fundoque exaestuat imo.
 fama est Enceladi semiustum fulmine corpus
 urgeri mole hac ingentemque insuper Aetnam !
 impositam ruptis flammam expirare caminis; 580
 et fessum quotiens mutet latus, intremere omnem
 murmure Trinacriam et caelum subtexere fumo.
 noctem illam tecti silvis immania monstra

558 hic MPb¹π Lad. 561 tridentem (cf. V 143) Heins. ruen-
 tem Hoffm. ZöG. 1853, 419. 579 insurgentemque per Aetnam Bähr.
 1887, 274. 579/80 Aetna imposita ex epistula Meisteri rec. Lad.
 580 cavernis Bähr. ib.

perferimus
 nam neque
 sidera polo
 et lunam in

Posto
 umentemque
 cum subito
 ignoti nova
 procedit su
 repicimus:
 consertum
 et quondam
 isque ubi l
 arma procu
 continuitq
 cum fletu
 per supero
 tollite me.
 hoc sat er
 et bello H
 pro quo,
 spargite n
 si pereo,
 dixerat e
 haerebat.
 hortamor
 ipse pate
 dat iuven
 ille haec
 sum pat
 nomine A
 paupere
 hic me
 immemor
 deseruere
 intus op
 sidera (d
 nec visu
 visceribu
 vidi ego
 595
 Ribb. n

perferimus nec, quae sonitum det causa, videmus.

nam neque erant astrorum ignes nec lucidus aethra

siderea polus, obscuro sed nubila caelo,

et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

585

550

Postera iamque dies primo surgebat Eoo

umentemque Aurora polo dimoverat umbram,

cum subito e silvis macie confecta suprema

590

ignoti nova forma viri miserandaque cultu

procedit supplexque manus ad litora tendit.

555

repicimus: dira inluyes immissaque barba,

consertum tegumen spinis; at cetera Graius,

[et quondam patriis ad Troiam missus in armis.]

595

isque ubi Dardanios habitus et Troia vidit

arma procul, paulum aspectu conterritus haesit

continuitque gradum; mox sese ad litora praeceps

cum fletu precibusque tulit: 'per sidera testor,

per superos atque hoc caeli spirabile lumen,

600

tollite me, Teucrici, quascumque abducite terras;

hoc sat erit. scio me Danais e classibus unum

et bello Iliacos fateor petiisse penatis.

565

pro quo, si sceleris tanta est iniuria nostri,

spargite me in fluctus vastoque immergite ponto.

605

si pereo, hominum manibus periisse iuvabit.

dixerat et genua amplexus genibusque volutans

haerebat. qui sit, fari, quo sanguine cretus,

hortamur, quae deinde agitet fortuna, fateri.

ipse pater dextram Anchises haud multa moratus

610

dat iuveni atque animum praesenti pignore firmat.

ille haec deposita tandem formidine fatur:

'sum patria ex Ithaca, comes infelicis Ulixi,

nomine Achaemenides, Troiam genitore Adamasto

paupere (mansissetque utinam fortuna!) profectus.

615

hic me, dum trepidi crudelia limina linqunt,

immemores socii vasto Cyclopi in antro

deseruere. domus sanie dapibusque cruentis,

intus opaca, ingens. ipse arduus, altaque pulsat

sidera (di, talem terris avertite pestem!)

620

nec visu facilis nec dictu adfabilis ulli.

visceribus miserorum et sanguine vescitur atro.

vidi egomet, duo de numero cum corpora nostro

595 damn. Heyne, Ribb. alii. et] ut Wak. 600 numen M¹
Ribb. nomen P¹ 146 nomen ab²c² — P

presa manu magna medio resupinus in antro
frangeret ad saxum sanieque adpersa natarent
limina, vidi atro cum membra fluentia tabo
manderet et tepidi tremerent sub dentibus artus.
haud impune quidem, nec talia passus Ulixes
oblitusve sui est Ithacus discrimine tanto.

625

nam simul expletus dapibus vinoque sepultus
cervicem inflexam posuit iacuitque per antrum
immensus saniem eructans et frustra cruento
per somnum commixta mero, nos magna precati
numina sortitique vices una undique circum
fundimur et telo lumen terebramus acuto,
ingens quod torva solum sub fronte latebat,
Argolici clipei aut Phoebeae lampadis instar,
et tandem laeti sociorum ulciscimur umbras.
sed fugite, o miseri, fugite atque ab litore funem
rumpite.

630

nam qualis quantusque cavo Polyphemus in antro
lanigeras claudit pecudes atque ubera pressat,
centum alii curva haec habitant ad litora volgo
infandi Cyclopes et altis montibus errant.
tertia iam lunae se cornua lumine complent,
cum vitam in silvis inter deserta ferarum
lustra domosque traho vastosque ab rupe Cyclopas
prospicio sonitumque pedum vocemque tremesco.
victum infelicem, bacas lapidosaque corna,
dant rami et volsis pascunt radicibus herbae.
omnia conlustrans hanc primum ad litora classem
conspexi venientem. huic me, quaecumque fuisset,
addixi: satis est gentem effugisse nefandam.
vos animam hanc potius quocumque absumite leto.

635

640

Vix ea fatus erat, summo cum monte videmus
ipsum inter pecudes vasta se mole moventem
pastorem Polyphemum et litora nota petentem,
monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.
trunca manu pinus regit et vestigia firmat;
lanigerae comitantur oves: ea sola voluptas
solamenque mali.

645

650

655

660

625 *expersa* b²c²%, cf. Serv. Rbb. 627 *trepidi* M¹P²a¹b¹π Lad.
632 *immensum* P^γ¹a¹b² Serv.; cf. Quint. VIII 3, 84. 652 *prospexi*
M^γ² Lad. 659 *manum* M²a²b² Quint. VIII 4, 24. 661 *de collo*
fistula pendet v. explent libri pr. F¹Mb¹

lv. m. xvij
2104.

Lucr. III. 1012.

postquam altos
luminis effossi
dentibus infren
iam medium
nos procul
supplice sic
verrimus et p
sensit et ad se
verum ubi duli
nec potis Ioni
clamorem imm
contremuere u
Italiae curvisq
at genus e sil
excitum ruit a
cernimus adst
Aetnaeos frat
concilium hor
striae quercu
consiterunt,
praecipites m
excutere et
contra ius
inter utra
ni teneant
ecce autem
missus adest.
Pantagiae M
Italia monstr
litora Achaem
Sicanio
Plemvrium u
Ortygiam;
occulas egis
ore, Aethus
665
libri pr. P¹ ite
674 *Trinacria*
viana Madv.
Wagn. LV. 7
124. 686 n
ante 685 pos

625 postquam altos tetigit fluctus et ad aequora venit,
 luminis effossi fluidum lavit inde cruorem
 dentibus infrendens gemitu graditurque per aequor
 iam medium, necdum fluctus latera ardua tinxit. 665
 nos procul inde fugam trepidi celerare recepto
 630 supplice sic merito tacitique incidere funem;
 verrimus et proni certantibus aequora remis.
 sensit et ad sonitum vocis vestigia torsit.
 verum ubi nulla datur dextra adfectare potestas, 670
 nec potis Ionios fluctus aequare sequendo,
 clamorem immensum tollit, quo pontus et omnes
 contremuere undae penitusque exterrita tellus.
 635 Italiae curvisque immugiit Aetnae cavernis.
 at genus e silvis Cyclopum et montibus altis 675
 exitum ruit ad portus et litora complent.
 cernimus adstantis nequiquam lumine torvo
 640 Aetnaeos fratres caelo capita alta ferentis,
 concilium horrendum: quales cum vertice ceelo
 aëriae quercus aut coniferae cyparissi 680
 constiterunt, silva alta Iovis lucusve Dianae.
 praecipites metus acer agit quocumque rudentis
 645 excutere et ventis intendere vela secundis.
 contra iussa monent Heleni Scyllam atque Charybdim . . .
 inter utramque viam leti discrimine parvo 685
 x ni teneant cursus — certum est dare lintea retro. x
 ecce autem Boreas angusta ab sede Pelori
 missus adest. vivo praetervehor ostia saxo
 Pantagiae Megarosque sinus Thapsumque iacentem.
 650 [talìa monstrabat relegens errata retrorsus
 litora Achaemenides, comes infelicis Ulixi.] 690
 Sicanio praetenta sinu iacet insula contra
 Plemyrium undosum (nomen dixere priores
 Ortygiam; Alpheum fama est huc Elidis amnem
 655 occultas egisse vias subter mare, qui nunc 695
 ore, Arethusa, tuo Siculis confunditur undis):

668 *vertimus* libri pr. F et] *ut?* 670 *dextrum* M¹ *dextram*
 libri pr. P¹, itemque Serviani (= *dextram intendere*) pr. Cass. et Floriac.
 674 *Trinacriae* Bendl. *Sicaniae* Bähr. 1887, 276. 684 *contra ac*
iussa Madv. 37. *Scylla* FP¹ Ribb. *Charybdis* Fa¹ Ribb. 684/6 *damn.*
 Wagn. LV. 75 s. et Gruppe 29. 685 *utrimque* O. Treuber KW. 1880,
 124. 686 *ne* P²R²c¹ *nec* P¹ *certum . . . retro* *damn.* Brunck. *versum*
 ante 685 pos. Ribb. 690/1 *damn.* Wagn. Ribb.

lavit, proas.

M¹P²a¹b¹π Lad.
 652 *prospezi*
 661 *de collo*

iussi numina magna loci veneramur, et inde
 exsupero praepingue solum stagnantis Helori.
 hinc altas cautes proiectaque saxa Pachyni
 radimus et fatis numquam concessa moveri 700
 apparet Camerina procul campique Geloi;
 [immanisque Gela fluvii cognomine dicta.]
 arduus inde Acragas ostentat maxima longe
 moenia, magnanimum quondam generator equorum.
 teque datis linquo ventis, palmosa Selinus, 705
 et vada dura lego saxis Lilybeia caecis:
 hinc Drepani me portus et inlaetabilis ora
 accipit. hic pelagi tot tempestatibus actis
 heu! genitorem, omnis curae casusque levamen,
 amitto Anchisen. hic me, pater optime, fessum 710
 deseris, heu! tantis nequiquam erepte periclis!
 nec vates Helenus, cum multa horrenda moneret,
 hos mihi praedixit luctus, non dira Celaeno.
 hic labor extremus, longarum haec meta viarum:
 hinc me digressum vestris deus appulit oris. 715

Sic pater Aeneas intentis omnibus unus
 fata renarrabat divom cursusque docebat.
 conticuit tandem factoque hic fine quievit.

702 damn. Wagn. LV. 77, def. Lachm. Lucr. 326.
 Rbb. 708 actus Mb² Lad.

705 *velis*

Dido ab Anna
 dis frustra
 Inno cum Ven
 et ad ves

Coniunctionem
 a quo Mercuri
 Dido Aeneam
 deinde vitu
 per Anna
 tum mori p
 rogo exstro

Aeneas denno
 discedentem
 arbitrisque

At re
 volnus alit
 multa viri
 gentis hono
 verbaque n
 postera Pho
 umentemqu
 cum sic un
 Anna so
 quis novus
 quem sese
 credo equi
 degeneres
 iactatus fat
 si mihi no
 ne cui me
 postquam
 si non pe
 Vergilius.